



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvatæ Dicvntvr, & Quæstiones  
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

Vtrum per naturalem potentiam possit cognosci Trinitas personarum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72780)

nobis esset p se notu, quod deitas sit esse Dei, quod quidem nunc nobis non est notum per se, cu Deu per essentiam no videamus; sed indigemus ad hoc tenendum, vel demonstratione, vel fide.

AD QUINTVM dicendū, qd summum bonum desiderat dupliciter. Vno modo, in sui essentia, & sic non omnia desiderant summum bonum. Alio modo in sui similitudine, & sic omnia desiderat summum bonum, quia nihil est desiderabile, nisi in quantum in eo similitudo summi boni inuenitur: vnde ex hoc non potest haberi, quod Deus esse sit summum bonum per essentiam; sit per se notum.

AD SEXVM dicendū, qd quamuis veritas in creatura excedat omnē veritatem creatā, nihil tamen prohibet, veritatem creatā esse nobis magis notam, quā in creatura. Et tamen quae sunt minus nota in se, nota sunt magis quo ad nos, secundum Philosophum.

AD SEPTIMVM dicendū, qd cogitari aliquid non esse potest intelligi dupliciter. Vno modo, ut haec duo simul in apprehensione cadat, & sic nihil prohibet, qd quis cogitat se non esse, sicut cogitat se aliquando non fuisse. Sic autem non potest totum simul in apprehensione cadere aliquid esse totum, & minus propria parte, quoniam eorum excludit alterum. Alio modo, ita quod huic apprehensioni assensus adhibeatur, & sic nullus potest cogitare se non esse cum assensu. In hoc. n. quod cogitat aliquid, percipit se esse.

AD OCTAVM dicendū, qd illud, quod nunc est verum fuisse prius esse futurū, non oportet, nisi supposito, qd aliquid tunc fuerit, quādo dicitur hoc fuisse futurum. Sed si ponamus impossibile aliquando nihil fuisse, tunc tali positione facta nihil est verum nisi materialiter tantum: materia. n. veritatis non solum esse, sed etiā non esse, quia de ente, & non ente contingit verum dicere. Et sic non sequitur, qd veritas tunc fuerit, nisi materialiter, & secundum qd.

AD NONVM dicendū, qd id quod est verum secundum quid, reducatur ad verū, vel veritatem simpliciter, necessarium est supposito veritate esse, non autē aliter.

AD X. dicendū, qd quamuis nomen Dei sit, qui est, non tamen hoc est per se notum nobis, vnde ratio non sequitur.

AD PRIMVM in cōtrariū dicendū, qd Anselm. in prolog. ita exponit, qd insipienti intelligatur dixisse se in corde non esse Deum, in quantum haec verba cogitavit, non qd hoc interiori ratione cogitare potuerit.

AD SECVNDVM, qd eodē modo quo ad habitum, & actum est per se notum, & non per se notum.

AD TERTIVM dicendū, qd hoc est ex defectu cognitionis nostrae, qd Deum cognoscere non possumus, nisi ex effectibus, vnde per hoc non excluditur, quin secundum se sit per se notum.

AD QVARTVM dicendū, qd ad hoc, qd cognoscatur aliquid esse, non oportet, qd sciatur de eo, quid sit per definitionem, sed quid significetur per nomen.

AD QVINTVM dicendū, qd Deum esse non est articulus fidei, sed praecedens articulum fidei, nisi cum hoc, quod est Deum esse aliquid aliud intelligatur, ut ipse quod habet unitatem essentiae cum Trinitate personarum, & alia huiusmodi.

AD SEXTVM dicendū, qd illa quae sunt fidei, certissime cognoscuntur secundum quod certitudo importat firmitatem adhaesionis. Nulli. n. credens firmiter adheret quā his, quae per fidem tenet, non autē cognoscunt certissime, secundum quod certitudo quietationem intellectus in re cognita importat. quod enim credēs assentiat his quae credit, non prouenit

ex hoc quod intellectus eius sit terminatus ad credibilia virtute aliquorum principiorum, sed ex voluntate quae inclinat intellectum ad hoc quod illis creditis assentiat. Erinde est quod in his, quae sunt fidei, potest motus dubitationis insurgere in credente.

AD SEPTIMVM dicendū, quod sapientia non consistit in hoc solum quod cognoscitur Deū esse, sed in hoc qd ac cedimus ad cognoscendum de eo qd est: qd qd in statu viae cognoscere non possumus, nisi in quantum de eo cognoscimus, quid non est. Qui. n. scit aliquid prout est ab omnibus alijs distinctum, appropinquat cognitioni qua cognoscitur quid est, & de hac est cognitio intelligitur auctoritas Aug. eibiter inducta. Vnde patet responsio ad OCTAVM.

AD NONVM dicendū, quod ea quae sunt a ratione distincta, non semper potest cogitari ab iniuncta separata esse, quis separatim cogitari potest. Quāuis. n. Deus cogitari possit sine hoc quod eius bonitas cogitur, non tamen potest cogitari, quod sit Deus & non sit bonus, vnde licet in Deo distinguantur quod est, & esse ratione, non tamen sequitur quod possit cogitari non esse.

AD X. dicendū, quod Deus non solum cognoscitur in effectu iustitiae, sed et in alijs suis effectibus. vnde dicitur quod ab aliquo non cognoscatur ut iustus, non sequitur quod nullo modo cognoscatur. Nec potest esse nullus eius effectus cognoscatur, cum eius effectus sit ens commune, quod incognitum esse non potest.

ARTICVLVS XIII. *Utrum per naturalem rationem possit cognosci Trinitas personarum.*

TERTIODECIMO quaeritur, utrum per naturalem rationem possit cognosci Trinitas personarum. Et vbi quod sic per id, quod dicitur Rom. i. Inuisibilia Dei &c. glossa inuisibilia refertur ad personam patris: sempiterna virtus, ad personam filij, diuinitas ad personam Spiritus sancti. ergo &c.

¶ 1. Præ. Naturali cognitione cognoscitur qd in Deo est potentia perfectissima, & totius potentiae origo. ergo oportet ei primam potentiam attribuire: prima autem potentia est generatiua. ergo secundum naturalem rationem possumus scire quod in Deo est potentia generatiua. sed ipsa posita in diuinis de necessitate sequitur distinctio personarum. ergo naturali cognitione possumus cognoscere distinctionem personarum. quod autem potentia generatiua sit potentia prima, sic probatur, secundum ordinem operationum est ordo potentiarum: sed inter omnes operationes prima est intelligere, quia agens per intellectum probatur esse primum, & in eo intelligere secundum modum intelligendi prius est quam velle & agere. ergo intellectiua potentia est prima potentiarum: sed potentia intellectiua est potentia generatiua, quia omnis intellectus gignit sui notitiam in seipso. ergo &c.

¶ 2. Item, Omne æquiuocum reducitur ad vniuocum, sicut multitudo ad unitatem: sed processio creaturae a Deo est processio æquiuoca, cum creaturae non conueniant cum Deo in nomine, & ratione. ergo oportet ponere per naturalem rationem praexistere in Deo processionem vniuocam, secundum quam Deus a Deo procedat, qua posita sequitur processio personarum in diuinis.

¶ 3. Item, dicit quaedam glossa super Apoc. quod nulla secta fuit, quae circa personam patris errauerit: sed maximus esset error circa personam patris, si poneretur filium

1. p. q. 8. ar. 2. sic. 1. Glo. interlinearis ibi.

1. p. q. 8. ar. 2. sic. 1.

1. p. q. 8. ar. 2. sic. 1.

QVAEST. X. DE MENTE. ART. XIII.

filium non habere. ergo & secta Philosophorum qui naturali cognitione Deum cognouerunt, posuerunt patrem & filium in diuinis.

¶ 5 Præt. Sicut dicit Boet. in Arithmetica sua, omnem inæqualitatem præcedit æqualitas: sed inter creatorem & creaturam est inæqualitas. ergo ante hanc inæqualitatem oportet in Deo æqualitatem ponere. sed non potest ibi esse æqualitas, nisi sit ibi distinctio, quia nihil sibi est æquale sicut nec simile, sicut dicit Hilar. ergo & c.

¶ 6 Itē naturalis rō ad hoc peruenit, quod in Deo est summa iucunditas: sed nullius boni est summa iucunditas sine consortio, ut Boetius dicit. ergo & c.

¶ 7 Præt. Naturalis rō in creatorē peruenit ex similitudine creaturæ: sed in creatura inuenitur similitudo creatoris, nō solū quantum ad essentialia attributa, sed et quantum ad propria personarum. ergo & c.

¶ 8 Præt. Philosophi non habuerunt cognitionem de Deo, nisi per naturalem rationem: sed aliqui Philosophi peruenierunt ad cognitionem Trinitatis. unde in .i. Coeli, & Mundi dicitur per hunc numerum, scilicet ternarium adhibuimus. nosmetipsos magnificare creatorem & c.

¶ 9 Item Aug. narrat .i. de ciuit. Dei, quod Porphyrius Philosophus posuit Deum patrē, & filium ab eo genitum, & in lib. Confess. dicit, quod in libris quibusdam Platonis inuenit hoc quod scriptum est in principio Euangelij Iōā. In principio erat verbum, & uerbum caro factum est exclusiue, in quibus uerbum manifeste ostēditur distinctio personarum.

¶ 10 Præt. Naturali etiam ratione Philosophi concesserunt, quod Deus potest aliquid dicere: sed ad aliquid dicere in diuinis sequitur uerbi emissio, & personarum distinctio. ergo Trinitas personarum naturali ratione cognosci potest.

SED CONTRA est, quod dicitur Hebr. .ii. Fides est sperandarum substantia & c. ea uero, quæ naturali ratione cognoscuntur, sunt apparentia: sed Trinitas ad articulos fidei pertinet. ergo & c.

¶ 2 Item Greg. Fides nō habet meritum & c. Sed in fide Trinitatis præcipue meritum cōsistit. ergo & c.

RESPON. Dicēdum, quod Trinitas personarum dupliciter cognoscitur, uno modo quantum ad propria, quibus distinguuntur personæ, & his cognitis uere Trinitas personarum cognoscitur in diuinis: alio modo per essentialia, quæ personis appropriantur, sicut potentia patri & c. Sed per talia Trinitas perfecte cognosci non potest, quia est Trinitas remota per intellectum ista remanēt in diuinis: sed Trinitas supposita huiusmodi attributa per aliquam similitudinē ad propria personarum appropriantur personis: hæc autē personis appropriata naturali cognitione cognosci possunt, propria uero personarum nequaquam. Cuius ratio est, quia ab agente non potest aliqua actio progredi, ad quam se eius instrumenta extendere non possunt: sicut ars fabrilis non potest edificare, quia ad hunc effectum non se extendunt fabrilis instrumenta. prima autem principia demonstrationis, ut Comment. dicit 3. de Anima, sunt in nobis quasi instrumenta intellectus agentis, cuius lumine in nobis uiget ratio naturalis. Unde ad nullius cognitionem ratio nostra naturalis potest pertingere, ad quam se prima principia non extendunt primorum autem principiorum cognitio a sensibus ortum habet, ut patet per Philosophum 2. Poster. Ex sensibilibus autem non potest perueniri ad propria personarum, sicut ex effectibus deuenitur ad causas: quia omne illud, quod in di-

uinis causalitatem habet, ad essentiam pertinet, cum Deus per essentiam suam sit causa rerum. propria autem personarum sunt relationes, quibus personarum non ad creaturas, sed adinuicem referuntur: unde naturalis cognitio in propria personarum deuenire non possumus.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod expositio illa glossæ sumitur secundum appropriata personis, non secundum propria.

AD SECUNDUM dicendum, quod potentiam intellectiuam esse primam potentiarum satis naturali ratione considerari potest: non autem hanc potentiam intellectiuam esse potentiam generatiuam. Cum enim in Deo sit idem intelligens, & intelligere, & intellectum, ratio naturalis non cogit ponere, quod Deus intelligendo aliquid gignat a se distinctum.

AD TERTIUM dicendum, quod omnis multitudo supponit aliquam unitatem, & æquiuocatio omnis uniuocationem: non tamen omnis æquiuocatio omnis generatio præsupponit generationem uniuocam, immo e conuerso sequendo naturalem rationem causam, æquiuocata sunt per se causæ speciei, unde in totam speciem causalitatem habent: causa uero uniuocata non sunt causa speciei per se, sed in hoc uel illo: unde causa uniuocata non habet causalitatem respectu totius speciei, alias aliquid esset causa simplicius, quod esse non potest, & ideo ratio non sequitur.

AD QUARTUM dicendum, quod glossa illa intelligitur de sectis hæreticorum, qui ex Ecclesia prodierunt, unde in eis non includuntur sectæ Gentilium.

AD QUINTUM dicendum, quod non supposita personarum distinctione est ponere æqualitatem in diuinis, secundum quod eius bonitatem supra sapientiam æqualem esse dicimus. Vel dicendum, quod in æqualitate duo considerantur, scilicet æqualitatis causa, & æqualitatis supposita. Causa æqualitatis est unitas. aliarum uero proportionum aliquis numerus. Unde hoc modo ex parte ista, æqualitas in æqualitate præcedit, sicut unitas numerum. Sed supposita æqualitatis sunt multa: & hæc non præsupponuntur: ad supposita inæqualitatis alias oportet ante omnem unitatem dualitatem præcedere: quia in dualitate primo inuenitur æqualitas, inter unitatem uero, & dualitatem inæqualitas.

AD SEXTUM dicendum, quod uerbum Boetij est intelligendum de illis, quæ non habent in se perfectam bonitatem: sed unum indiget alterius adminiculo: unde iucunditas non perficit sine consortio. Sed ipse Deus habet in se plenitudinē iucunditatis: unde ad eius iucunditatem plenam non oportet ponere consortium.

AD SEPTIMUM dicendum, quod quauis in creaturis inueniatur aliqua similitudo personarum, quantum ad propria: non tamen ex illis similibus potest concludi ita esse in diuinis, quia ea quæ in creaturis inueniuntur distincta, in creatore sine distinctione inueniuntur.

AD OCTAuum dicendum, quod Arist. non intellexit ponere trinarium numerum in Deo: sed uult ostendere per sectionem trinarij numeri ex hoc, quod antiqui in sacrificijs, & orationibus numerum trinarium obseruabant.

AD NONUM dicendum, quod uerba illa Philosophorum intelliguntur, quantum ad appropriata personarum, non quantum ad propria.

AD X. dicendum, quod Philosophi ratione naturali numquam considerant eum dicere, secundum quod dicere habet distinctionem personarum: sed solum secundum quod essentialiter dicitur.

QVAESTIO

¶ 3. de Trinitate. nō multum remote a h.

¶ 6. 3. tom 2.

Ca. 24. par. 1. a prin. & li. 7. can. 4. 9. par. 2. a prin. tom. 1.

Homil. 24. in Euang. in princ.

Com. vlt. circa medium.